Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift



21

miraculorum beneficia et assidue accipiunt. Sed longe ma
iora multoq; preclariora fecisse constat leopoldum. que om
nia litterarum monumentis mandata tunc interiere. cum mona
sterium nouumburge incendio conflagrauit. Circa quor
solemnia et si complura in medium adduci possint loco et tei
quam sum explicaturus forte non inuenienda. potissimum in
hys que ad fidem ad grauitatem ad constantiam ad concordiam
testium spectant. cum sint accurate diligenterq; discussa
ab hys qui summe rei pfuerunt pro prepositis consulto preterire
statui. In hys enim adsunt leopoldi miracula non a lenibus
mulieribus non a sembus deliris non corruptis. non mancipan
tibus. sed ab hominibus fama et integritate preditis. non gra
non amore non prece non precio non vi non metu nec demq; ul
la spe pro veris comprobata. Accedit ad hyec testium multitudo
in vnum idemq; consentiens. que vulgata fama leopoldi mo
res fidem iusticiam religionem pietatem constantiam integrita
tem sanctimoniam vite testantur abunde. Que cum ita sint
absq; predictorum in singulis repticione ad enarrationem ve
am miraculorum. ex quibus sanctitas hominis facillime percipi
potest. Et cum illa recentissima sint et que nostra vidit etas
centum et nonaginta miraculis corroborata. reuerendissimo dno
sti marci tunc vt sup legato paucis absoluam preclariora duxerat
explicanda. reliquorum numerum in medium afferens. nec ea penitus
exhauriam. sed degustatis more percurram.

Agnes vxor ioannis ausman annorum nata sexaginta cuius
testis ab infancia post quartudecimum annum immenso capitis
dolore tribus diebus excruciata. medicorum et omni humana spe
destituta precibus emissis nuncupato ad leopoldum voto so
luto libera fit. et statim ac si nunquam aduersa laborasset vali
tudine. nec amplius tali morbo affecta est. Hoc testatur ipsa
super xix. articulo. q; post mortem leopoldi varis claruit miracu
lis. existimans id alio modo accidere non potuisse. et hoc anno dni mccc lxvj.
circa pentecosten. Alia mulier quadragesimo octauo testis migra
ti capitis dolore vexata et cui iam porcio sinistre partis oris
maxima cum deformitate defecerat. quatuor mensibus destitu
ta spe medicorum nuncupato voto conualescere cepit. soluto libera
fit. hoc testatur et ipsa eodem anno. Volfgangus patauiensis
lxxvi testis dolore dentium xx annis affectus. ita q; singulis ans